

Příloha 1

Na ukázce z argumentace svatého Tomáše Aquinského se můžeme podívat s jakou razancí někdy církevní spisovatelé dokazovali primát a neomylnost papeže.

¹ Articulus 3

[66988] Quodlibet I, q. 9 a. 3 tit. 1 Utrum peccet qui propter ignorantiam constitutionem Papae non servat

[66989] Quodlibet I, q. 9 a. 3 tit. 2 Ad tertium sic proceditur: videtur quod qui facit contra constitutionem Papae per ignorantiam, non peccet.

[66990] Quodlibet I, q. 9 a. 3 arg. 1 Ut enim Augustinus dicit, peccatum adeo est voluntarium, quod si non est voluntarium, non est peccatum. Sed ignorantia causat involuntarium, ut dicitur in III Ethic. Ergo quod fit per ignorantiam, non est peccatum.

[66991] Quodlibet I, q. 9 a. 3 arg. 2 Praeterea, secundum iura, dominus potest repetere servum suum ordinatum post certum tempus. Hoc autem debet computari a tempore ordinationis, non a tempore notitiae. Ergo obligatio constitutionis Papae obligat a tempore notitiae.

[66992] Quodlibet I, q. 9 a. 3 s. c. Sed contra, ignorantia iuris non excusat. Sed constitutio Papae facit ius. Ergo qui facit contra constitutionem Papae per ignorantiam, non excusatur.

[66993] Quodlibet I, q. 9 a. 3 co. Respondeo. Dicendum, quod ignorantia quae est causa actus, causat involuntarium; unde semper excusat, nisi ipsa ignorantia sit peccatum. Est autem ignorantia peccatum, quando ignorat quis quae potest scire et tenetur. Constitutionem enim Papae omnes suo modo scire tenentur. Si ergo aliquis nesciat per negligentiam, non excusatur a culpa, si contra constitutionem agat. Si vero aliquis habeat sufficiens impedimentum, propter quod scire non potuerit; puta si fuit in carcere, vel in terris extraneis, ad quas constitutio non pervenit, vel propter aliquid simile; talis ignorantia excusat, ut non peccet contra constitutionem Papae agens.

[66994] Quodlibet I, q. 9 a. 3 ad arg. Et per hoc patet solutio ad obiecta.